Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tis. qui condolere possit his qui ignorant
& errant. quo & ipse circumdatus est infirmita
te. & propterea debet quemadmodum pro plebe ita
etiam pro semetipso offerre pro peccatis. nec quis
quam sibi sumit honorem. sed qui uocatur adeo tan
quam aaron. Sic & xpc non semetipsum clari
ficauit ut pontifex fieret. sed qui locutus est
ad eum filius meus es tu ego hodie genui te. quem
admodum & in alio loco dicit. Tues sacerdos
in eternum secundum ordinem melchisedech. lectio
Hec dicit dns. Scietis Malachie. p.
quia misi ad uos mandatum istud ut
esset pactum meum cum leui. dicit dns exer
cituum. Pactum meum cum eo uite & pacis.
Et dedi ei timorem & timuit me. a facie nomi
nis mei pauebat. Lex ueritatis fuit in ore eius.
& iniquitas non est inuenta in labiis eius. In
pace & in equitate ambulauit mecum. & multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacer
dotis custodiunt scientiam. & legem requi
runt ex ore eius. quia angelus dni exercituum est